

hominibus firmam

et tales prauitates

etiam fuerunt

et sumus digni

se factura

noce terrena

noce mala

omni uoluntate et dignitate meos

rebuere pariter **S**irrahom **D** **G**

Amelioros uolens quibus d. **ip** **em**

D **o** **o** **s** **o** **n** **i** **e** **s** **i** **c** **i** **f** **i** **c** **i** **s** **t** **i** **s** **o** **m** **n** **i** **a**

scorum tuos semper uenerabile

scorum et tuos pariter simplicitate

uoluntate **D** **o** **s** **o** **m** **n** **i** **e** **s** **i** **c** **i** **f** **i** **c** **i** **s** **t** **i** **s** **o** **m** **n** **i** **a**

inquin olesita aduocata pariter

incedente tuo olesita in re tua

quod compta omnia aduocata inu

amur **D** **o** **s** **o** **m** **n** **i** **e** **s** **i** **c** **i** **f** **i** **c** **i** **s** **t** **i** **s** **o** **m** **n** **i** **a**

ressa **o** **s** **o** **m** **n** **i** **e** **s** **i** **c** **i** **f** **i** **c** **i** **s** **t** **i** **s** **o** **m** **n** **i** **a**

D **o** **s** **o** **m** **n** **i** **e** **s** **i** **c** **i** **f** **i** **c** **i** **s** **t** **i** **s** **o** **m** **n** **i** **a**

in re tuos dauidum inuocatum

synthoriam castorum inuocatum

CCM

MONUMENTVM

REVERENDI

ET DOCTI VIRI, DN.

NICOLAI TOPPII, SONDERSHVSI,

ni, Ministri olim ECCLESIAE Dei in inclyto

Oppido GREVSSEN, quod est illustriss,

Comitum à Suuartzburg, &c.

*Memoria & gratitudinis ergò erectum, per
Defuncti honestissimam Coniugem:*CATHARINAM SATLERIN,
SONDERSHVSINAM.

Monumenti inscriptio:

HAue Hospes: Qui hic sepultus, Nicolaus Toppius, Son-
dershusinus, p.m. in Scholâ patriâ Musas coluit; Earumq;
gratiâ V Vernigrodam, Merseburgum, Ascaniam,
Magdeburgum, Naumburgum, & denique (.1584.)
celeberr. Alfeldam adiit, vivo (ô felicitas) magno NE-
ANDRO. Hoc Promotore (.87.) Greußenis scholæ
ac Templi Musurgus evasit. Post, Mystes ibi (.89.) de-
signatus, ultra annos 6. publicè docuit. Longius .n. non
potuit, lentâ tabe extinctus. Obijt piè Anno: 1596.
Ætat. 35. Corpus viri in hac cryptâ; Mens apud Con-
ditorem. Vade Hospes, haue, & vale. Quod ignora-
bas, nosti: Quid futurus sis ipse, cogita.

ERPHORDIÆ

Typis suis excudebat Iohannes Pistorius.

CIS. IS. XCVII.

*R. V. Dno Valentino Myho pastori
Ecclesie Alfeldensis d. Joachim
Munard 30 Martij ao 1599.*

LECTORI S.

Nicolaus Toppius, Sondershusinus, per integrum
QVADRIENNium, aut plus eo, sub scho-
lae nostrae disciplinā versatus est: Quo tempo-
re ita se gessit, cum erga Praeceptores, tum
studiorum socios, ut neutros offenderit. Nam
Doctores suos coluit & audivit, aequales dilexit; utrosque
sibi devinxit, probitate, modestiā, studio. In artibus libe-
ralibus progressus fecit laudabiles, & ut ad majores queat per-
venire, bonorum Virorum auxilio indiget; qui rectē in hoc
Adolescente adjuvando collocabunt officium suum, & pro-
pter ipsum, quia commemorabit apud multos merita illa, &
precibus à DEO impetrabit, ut is beneficiat vicissim ijs,
qui sunt levaturi illius inopiam & tenuitatem: Et propter
Ecclesiam, quae non potest carere operā piorum & erudito-
rum Ministrorum. Ipse quoq; NICOLAUS in eo omne
studium ponet, ut aliquando Ecclesiae utiliter inserviat.

Oramus DEVM aeternum, Patrem IESV CHRIS-
TI Domini nostri, ut in messem suam colligat fideles &
peritos Operarios; & tueatur hos cætus contemptos, ex quo-
rum numero colligi solent, regatq; omnium animos Spiritu
suo, ut nomini ipsius dent gloriam, Amen. NAV M^o
BURGI Duringorum, Anno à nato CHRISTO,
M. D. LXXXIIII. VI. Non. Julij.

M. Iohannes Lindener, Scholæ
ibidem Rector.

EPISTOLA

*Viri clariss. Dn. Johan. Vollandi, Greussenatis,
Schola patriæ Rectoris, ad Matthæum Zim-
mermannum, Scholæ Arnstatensis
Conrectorem, &c.*

Seriùs omninò, quàm oportuit, ad tuas suavif-
simas literas respondeo, doctiss. Dn. Matthæe;
& ut diuturniorem moram ne molestè feras,
abs te magnoperè contendo. Dabitur opera,
ut, quæ neglecta sunt hæctenus, in posterum
literarum assiduitate compensentur. Locos
communes Græcos, olim à me collectos & conscriptos,
modò sub prælo esse, ante paucos dies Dn. NEANDER
ad me scribit. Elegantias Græcæ linguæ corrigo, ut quam
primùm emendatiores, aliquibus etiam in locis auctæ, in
publicum exeant. Gratum feceris, mi Dn. Matthæe, imò
gratisimum, si breviusculo Epigrammate libellum illum
meum exornaveris. Ut verò hîc te mihi facilem præstes,
etiam atq; etiam te rogo. Habebis me vicissim promptum
paratumq; in omnibus, &c.

Collegam habeo NICOLAVM TOPPIVM,
SONDERSHVSINVM, Ifeldensis Scholæ Alum-
num, Iuvenem eruditum, taciturnum, καὶ ἑ πολύμυθον, Dn.
NEANDR I etiam TESTIMONIO. Is facitea, quæ
sunt sui officij, sedulò & diligenter. Nec in moribus est, quod
improbem hæctenus, &c. Greussenis τὰχιστα, 13. Calend.
Martij, Anno: 1587.

A ij

I.

NICOLAUS TOPPIVS.

Anagramma:

POLO VINCIS PASTV.

Epigramma in Anagramma:

QVITIBI PASTOR oves commissas dogmate
CHRISTI

Pastirite solo, pascaris ecce polo.

Iamq₃ POLO VINCIS PASTV: Te

Pastor IESVS


In caelo pascit nectare & ambrosia.

Aula poli, non caula soli, sunt pascua firma:

Pascitur aeternum, qui BENE pavit oves.

Suo olim in inclytâ Ilfeldâ Con
discipulo & Amico
dilecto:

M. Johannes Cajus, vet. &
celebris Scholæ Ilfeldensis
Rector.



01705

Ὁ Ἰτος εἷς, Χριστῷ περὶ τῷ Ἰησοῦ,
 Τῷ βίβ φάσ, νεκυοσόοιο,
 Ἡλίθ λείπειν γλυκερὸν τὸ δέργμα,
 ἔστιν ἄρις ☉.

Εν πάθος, Χριστῷ περὶ τῷ Ἰησοῦ,
 Φαυλαλέξοντος, κ' οδυνηφάτοιο,
 Τὴν λύπην, ἄλγος, λυμάχην, φορηῖναι,
 ἔστιν ἄριον.

Ἀλλὰ πᾶν πᾶσιν χθονίοις βροτοῖσιν,
 Εικέλοισ φύλλοις (ἐφάπαξ δὲ κρείσσον
 Εκθάνειν, τῆτε συνεχῶς διατλᾶν)
 ἔστι κάκισον.

Μειζόνως ἄδδην τάδε ΝΙΚΟΛΑΟΣ
 ΤΟΠΠΙΟΣ πάντως δόκιμος, σεβασῶς
 Ος Θεῷ πολλὰς διδαχὴν δίδαξεν,
 κάτθανεν ἄγνως.

Κλαίομεν ΚΛΗΡΟΥ δὲ Θεοῖο πότμον,
 Ος διαφθείρει ἀγαθὸς, μάλιτα
 Φείδεται δειλῶν, ἔϋ τοίνυν ἡμεῖς
 κλαίομεν αὐτόν.

Πᾶσι γ' πεπερωμένον ἔστιν ἡμῖν
 Εκθανεῖν, πρᾶως δὲ φέρωμεν, ὅ, τί
 Τῶν βροτῶν ὑδεῖς δύναται λύγισιν
 κ' μεταμορφῶν.

Τὸν ἀποθανόντα
 δακρύων :

Michaël Corninus Ericensis, Pastor in Ho-
 henebrá, Dioceseos Sonders-
 husina.

A ii j


BERN.

BERNHARDVS IN PSAL. CXVI,

Mors impiorum pessima est, quorum & natiuitas mala, & uita peior: Sed preciosa mors est Sanctorum; planè, inquam, preciosa, ut, quæ & finis laborum est, & uictoriæ consummatio, aditusq; & IANVA ad uitam, & æternam SECVRI-
TATEM.

COr, uox sacra DEO, prorsusq; dicata IEHOVAE,
ToppI mens CHRISTO dedita tota fuit,
Ergo DEI Sanctos inter quoq; uiuit ouatq;
Quorum in conspectu mors preciosa DEI est,
Mors preciosa, inquam; metam illa laboribus affert:
Ultimus humanis terminus illa malis,
Victores clarat, læto decoratq; triumpho;
Vincere dum tentat mors superata jacer,
Vt nec enim ad mortem mors janua ducit euntes,
Principium uitæ sed melioris init,

M. Erasmus Hedenus Arnstatensis, Scholæ
in patriâ Rector.




I V.

Sicanie figulo natus genitore dynasta
Non potuit generis non memor esse sui.
Qui quoties lautè mensis epulatur opimis,
Fictilis illustres stat scyphus ante dapes.
Tu quoq; seu te fors uehat ad fastigia rerum
Summa; uel in uili sede jacere sinat:

Esto

Esto memor, ducas quibus é natalibus ortum :
Materies nostri stemmatis áne lutum est ?
Ergo, quid excelsas geris alto pectore cristas,
An nescis, figulus quàm citò frangat opus ?
Fictilis es, fragilemque tibi circumdedit urnam
Conditor ; ast animus, cùm labat illa, manet.
Fac ita consistat ; ne, testæ adfixus inertis,
Exsulet ætheriâ post cita fata domo.
TOPPIVS hoc rimatus iter, sacra dogmata Mystes
Qui sonuit, uiuum nunc ouat ante DEVM.

M. Iohan. Schuccelius Arnstatensis,
Scholæ patriæ Conrector.



V.

Sæpius immaturâ extinctum morte, caducâ
Ex uitâ hac IUSTVM surripit ipse Deus :
Ne uideat pœnas præsentis, atque pericla,
Quæ Satanas, Mundus, crimina nostra cient.
Sed, dum plaga premit sceleratos, ipse receptus
Cum CHRISTO felix cœlica regna colat.
Sic tua terreno conduntur membra sepulchro,
O NICOLAE, animæ pars quotacunque meæ :
Donec terribilis furor & grauis ira Tonantis
Transeat, & totum corruat igne solum.
Nunc tuus ætherias Superûm translatus in oras
Spiritus, æternæ dona salutis habet.

Nos

Nos verò in Mundi latebris, & carcere duro
Dæmonis & Mortis, uiuimus atq; sumus,
Gratulor ergo tibi, quòd CHRISTI morte redemptus
Cœlestis gaudes gaudia uera throni,
Et peto; consociet DOMINVS nos fœdere casto,
Nostraq; concordia pectora amore liget:
Quando ipse adueniet, sonitu præeunte tubarum,
Totius & iudex strenuus Orbis erit.

Compatri & Amico
unicè dilecto:

Iohannes Tenzelius, Reipub.
Greussenatis Consul.

VI.

IN quo doctrina & pietas reuerenda refulsit,
Cui magne curæ Concio sacra fuit;
NICOLAUS terris festinâ morte recessit,
Cœlesti iuuat uiuere luce uirum:
Doctrinæ orrores ne fors cognosceret, Orbe
Si longæ uitæ sustinisset onus,
Post nullas sentit plagas, non anxietates:
Et quantum in cœlis uixerit, ora tacent.
Siue igitur Domino jam dat cœlestis honores
Incola, siue aliàs gaudia sancta tenet:
Pleniùs hoc fiet, diuinâ Voce resurgens
Quando perpetuâ sede receptus erit.

Albertus Tenzelius, Consul
in Greussen.

APO.

APOSTROPHE AD
DEFUNCTVM.

Fatum tuum, NICOLAE care, serio Iamb.
Luxi; genis udis, madidis ocellulis: Sen.
Falso putans; Te tolli iniquo funere
Et ante diem, Luxisse nunc me poenitet,

Genas piget toties rigasse lacrymis.
IOVAE siquidem mihi voluntas & favor
Tunc temporis, velut est modo, non cognitus.
Præreptus es, quod gratulor, MAGNO malo,

Quo TOTA nunc affligitur Germania.
Auditor haud immunis à contagio
Hodie TVVS: Nec pestis expers Patria,
Cunas tibi quæ præbuit: Nec inclytum
Arnstadium, Bicurgium, Northusium,
Immunis haud tuus Machaon optimus
Sencktaler: haud Hubnerus, AEsculapij
Stupenda proles illa, Vates carmine.

Vt transeam pietate, stirpe nobiles,
Magno numero contagium quos demetit.
Hæc præter; Hostis Turca, clade amplissima
Recens superbus, imminet cervicibus.

O ergo felicissimos, tam maximis
IEHOVA quos his præripuit periculis.
Te præripuit: Sortem NICOLAE, gratulor
TANTAM tibi; tuisque grator Liberis
Ambobus, anteire te quos videras,
Et post vides cunctis beatos seculis.

Sorti

Sorti tuus SAMVEL favet, CONIVX favet,
Ambæq; GNATAE; Te sequi promptissimæ,
Salve & vale; Quem tu docebas antea,
Iste docet, GOEL tuus, Axe perpetim.
SECVRVS & VICTORQVE; Nos in prælio. Hieron.
Laude tuas sileo lubens, & dedita Tom. 1.
Operâ: Meo NEANDER ore major est: pag. 88.
LINDNERVS & VOLLANDVS usque
major est.

Affini cariss. in communi luctu
Anni hujus: 97. posuit:

*Matthaus Zimmerman Arnstatensis,
Ludirector Sondershusinus.*

VIII.

VT prius ipse NOAM, tutâ DEVS abdit in Arcâ,
Humanum pœnas quàm genus orbe luit:
Vtq; pij cœtus in PELLA colligit Agmen
Ante DEVS, Solymæ quàm decus igne ruit:
Sic, mortem terris maturans IOVA piorum,
Venturas clades INVIDET, eja SVIS,
TOPPIVS ergo citâ, præ nobis, morte beatus;
Qui videt haud clades, Qui videt Axe DEVM,
Civi & Amico suaviss.
condidit:

*Joachimus Manardt Sondershusinus,
Scholæ patriæ Corrector.*


Si

IX:

SI vita exilium, varijsq; palæstra laboris;
Mors pia cœlestem transitus in Patriam:
Non lacrymis, TOPPI, nec egent tua funera fletu:
Cur? partum duplex nam tibi morte Bonum.
Exilium patriâ mutâsti, pace laborem:
Ni cupiam simili morte mori, moriar.

Amici verè intimi pijs
Manibus sacrabat:

*Justus Ernestus Badrensis,
Cantor Sondershusinus.*



X.

Qui lustras bonus, ô Viator, urnas
Functorum, lacrymisq; lilijsq;
Spargendo decoras: Piè memento
Hic sortis propriæ, & viri sepulti.
Tu quod es; fuit hic: Quod est, eris Tu.
Sui sed meliore Parte sicut
Hic noster NICOLAUS Axe restat:
Sic restabimus Axe Nos Fideles,
Qui nomen dedimus fidemq; CHRISTO.
Hoc si credis; abi Viator urnâ,
Et mecum meditare sepè vitam,
Et mecum meditare sepè funus,
Et Mortis meditare sepè fœnus.
PIVS, funtus agendo, FOENVS egit.

Phale-
cium.

Affinis opt. memoriæ transmissæ
ex inclytâ Salanâ:

David Speiser, Sondershusinus.

Nonne sub hac gelidâ requiescit mortuus urnâ
Toppius, abreptus funere? Fama refert.
Is qui GREVSSENIS sparsit pia dogmata Christi,
Ostendens verâ dulce salutis iter.
Clarus honore fuit, multâ Virtuteq; clarus,
Presidium pavidis mentibus urbe simul.
Lethali morbo hunc raptum mors abstulit atra,
Pro grege pugnavit qui bene, Christe, tuo.
Adde, quod erudit magno sudore juventam,
Ingenuâ & mentes imbuit arte rudes.
Verum, nil prodest pietas, nil inclyta virtus:
Vivos nam cunctos mors inopina rapit.
Sic fugis, ut reliqui, tu Vir reverende, caduci:
Spiritus at cœlo gaudia magna tenet.

Præceptoris olim sui cariss. pijs
 manibus gratitudinis
 ergo consecra vit:

Georgius Cesar, Greussenas,
 Scholæ Ilfeldensis Alumnus.

FINIS.

AB 113 723


ULB Halle

3

002 387 581



TA → a



MONUMENTVM
REVERENDI
ET DOCTI VIRI, DN.

NICOLAI TOPPII, SONDERSHVSI,
ni, Ministri olim ECCLESIAE Dei in inclyto
Oppido GREVSSEN, quod est illustris,
Comitum à Suuartzburg, &c.

*Memoria & gratitudinis ergò erectum, per
Defuncti honestissimam Coniugem:*

CATHARINAM SATLERIN,
SONDERSHVSINAM.

Monumenti inscriptio:

HAue Hospes: Qui hìc sepultus, Nicolaus Toppius, Son-
dershusinus, p. m. in Scholâ patriâ Musas coluit; Earumq;
gratiâ VVernigrodam, Merseburgum, Ascaniam,
Magdeburgum, Naumburgum, & denique (.1584.)
celeberr. Alfeldam adiit, vivo (ò felicitas) magno NE-
ANDRO. Hoc Promotore (.87.) Greußenis scholae
ac Templi Musurgus evasit. Post, Mystes ibi (.89.) de-
signatus, ultra annos 6. publicè docuit. Longius .n. non
potuit, lentâ tabe extinctus. Obijt pie Anno: 1596.
Ætat. 35. Corpus viri in hac cryptâ; Mens apud Con-
ditorem. Vade Hospes, haue, & vale. Quod ignora-
bas, nosti: Quid futurus sis ipse, cogita.

ERPHORDIÆ
Typis suis excudebat Iohannes Pistorius.
CIS. IS. XCVII.

*R. V. Dno Valentino Mulo pastorij
Ecclesie Alfeldensis d. Febr. 1699
Manno 30 Martij ao 1699*

